316 Sexto, quoniam Thomistae, & Scotistae passim conveniunt, beatitudinem esse principaliter collocandam in presentiori, & perfectiori operatione intellectuali, controversa est inter eos an visio praestet amorem, vel e contra amor visioni; & quoniam disp. 7. de anima quest. 8. nu. 176. iam probatum est, actum voluntatis perfectiorem esse actu intellectus, nempe fructiorem praestare, quod etiam pluribus probat Doctor d. 49. citat. qu. 4. §. iuxta hoc, hinc rursus concludendum est, beatitudinem principaliter in fructione consistere, quam in visione; At respondet Vasquez disp. 11. cap. 3. & Ovied. loc. cit. numer. 96. quod quicquid sit de hoc, etiam ad visio, actum voluntatis perfectiorem esse actu intellectus, adhuc negandam esse consequentiam, quod beatitudo principaliter in actu voluntatis consistat, quoniam essentia beatitudinis non sumitur ex eo, quod operatio plus habeat perfectionis, sed ex eo, quod sit possessio Dei, quia in hoc praesente sita est beatitudinis ratio; Ceterum semel ad visio antecedens, quod operatio voluntatis sit perfectior operatione intellectuali, necessario sequitur, quod beatitudo vel in solo voluntatis actu consistat, vel saltem principaliter, quam in actu intellectus, quandoquidem in omnium ferè sententia beatitudo constituitur in operatione intellectuali omnium perfectissima. Tum quia etiam semel ad visio, quod operatio voluntatis sit perfectior operatione intellectuali, hinc etiam videtur, necessario sequi, per eam Deum possideri eo modo, quo à creatura per suas operationes possideri potest; nam inter omnes creaturæ intellectuales operationes illa absolute nobilior & perfectior censeri debet, per quam magis in Dei possessionem pervenit, & consors mihi repugnare videtur, dari in natura intellectuali operationem, quae sit perfecta Dei possessio, & quod haec non sit omnium perfectissima. Tum tandem, quia inter alias rationes, quibus loc. cit. probatum est supremum actum voluntatis, qualis est fructio, esse perfectiorem supremo actu intellectus, qui est visio, ea etiam adducta fuit, quod nedum in genere moris, sed etiam in genere naturæ amor magis unit Deo amantem, quam cognitio, & visio videntem, nam actus amoris eius directus, & physice repugnans a verso ab eo, non autem cognitio, quae autem maior est unio creaturæ cum Deo per actum suum potestatem, Deus perfectiori modo à creatura per talem actum tenetur, & possidetur; ergo etiam in ratione possidendi Deum actus voluntatis actu intellectus praefertur debet iuxta dictum Sponse Cant. 3. *veni, quem diligit anima mea, tenui, nec dimittam*, vimirum invenit per beatificam visionem eum, ac deinde tenuit, ac possidet per fructiorem.

317 Postremo, quoniam ut notat Doctor disp. 49. cit. qu. 5. §. ad questionem, velle in genere est duplex, aut propter volitum, sive propter bonum voliti; aut propter volentem, vel propter bonum volentis; & primum velle dicitur esse amoris amicitiae, secundum vero amoris concupiscentiae, & solum primum velle est frui, quod est amor inhærere propter se, scilicet propter amatum, ut definit Aug. subdit Doct. actum voluntatis, quem essentialiter includit beatitudo, non esse amorem concupiscentiae, quo summum bonum nobis adeptum amamus, nec delectationem, quae ad visionem, vel dilectionem Dei necessario consequitur, sed solum amorem amicitiae, quo Deum sum-

mun bonum propter seipsum diligimus; & ratio est, quia ille tantum actus ex parte voluntatis ad formalem beatitudinem spectat, qui est affectio beatitudinis objectivæ, cum in tali affectione praesente ratio formalis beatitudinis consistat, ut supra dictum est; solum autem amor amicitiae ex parte voluntatis est affectio beatitudinis objectivæ; ergo hic solus actus ex parte voluntatis integrat essentialiter formalem beatitudinem; probatur minor, quia solum amor amicitiae in Deum tendit propter solum ejus bonitatem, amor vero concupiscentiae in Deum tendit, ut aliquo actu priori iam affectum, & possessum, & sub aliqua ratione terminandi creata; tendit enim in Deum, & delectatur de Deo, quatenus visio, & amato, ita ut ratio formalis objectivæ, in quam iste amor tendit, non est sola Dei bonitas, sed etiam visionis, & dilectionis, ut Deum nobis conjungentis, tanquam summum bonum nostrum. Hinc est, quod communiter cum Scoto loc. cit. omnes excludunt ab essentia beatitudinis amorem concupiscentiae, quo Deum amamus, ut bonum nobis; quia hic actus non est propter se, sed propter alium, & ex parte objecti respicit Dei consecutionem, media qua Deus nobis est bonus, atque ita actus ille non est immediata Dei consecutio, sed amor consecutionis iam praesuppositae; ut etiam nos minus perfecte cum Deo, quatenus illum non propter se respicit, sed propter nostrum commodum, & utilitatem, & non ut bonum in se, & in ordine ad se, sed ut bonum nobis, & in ordine ad nos.

ARTICULUS SECUNDUS.

Objectionum solutio.

IN oppositum objicitur Primò, quod beatitudo essentialiter consistat tantum in unico actu, nam beatitudo est aliquid per se unum, & forma simplex, non minus, quam gratia, & aliqua alia perfectio anime, sed ex pluribus actibus non constituitur aliquid per se unum, nec forma simplex, ergo, &c. Tum 2. quia beatitudo formalis est operatio omnium optima, ac perfectissima ex primo Ethice ergo nequit essentialiter consistere in duplici operatione diverse speciei, ut sunt visio, & fructio; consequentia probatur, quia inter operationes speciei differentes impossibile est, esse equalitatem, sed una necessario deficit à perfectione alterius, & consequenter non erit optima. Tum 3. quia beatitudo consistit in conjunctione ultimata, & perfectissima creaturæ ad optimum objectum; sed talis conjunctio fit tantum per unam operationem, non enim est, nisi unica operatio ultimata, ergo, &c. Tum 4. quia una tantum est potentia, quae in natura intellectuali perfectissime attingit objectum; ergo una tantum operatio, quae tale objectum perfectissime attingitur, & in ea essentialiter consistit beatitudo. Tum 5. beatitudo essentialiter est posita in operatione, quae objectum beatificum immediatissime, & modo omnium perfectissimum attingitur; sed nequit isto modo attingi, nisi per unam tantum operationem. Tum 6. beatitudo debet esse adeo objecti beatifici, & illius possessio; at in nobis una tantum est operatio, quae sit adeo Dei, Tum 7. Deus, ut est objectum beatificum habet unam tantum rationem beandi; ergo ut sic ab una tantum potentia attingi potest, & una tantum operatione. Tandem beatitudo inter perfectiones formales creaturæ est finis, & summum bonum ejus, sed finis ultimus, & summum bonum tale, non est nisi unum, & simplex, sicut etiam finis extrinsecus, qui est simpliciter ultimus non est nisi unicus, & simplex; ergo, &c.

Respondetur cum Basilio, quod beatitudo perfecta, & adaequatur sumptis non est aliquid unum per se, & unitate indivisibilitatis, nisi quantum ad illud, quod est principalis in ipsa, scilicet quantum ad fructiorem, sed non oportet, quod quantum ad totale suum esse sit una forma simplex, & indivisibilis, sed sufficit, quod sit una forma ordinis, vel aggregationis, sicut etiam nec potentia beatificabilis est unica tantum, sed duplex. Ad 2. pariter dici potest, beatitudinem formalem adaequatè sumptam esse optimam, & perfectissimam operationem non unitate simpliciter, & indivisibilitatis, sed unitate totalitatis, & aggregationis, & nihil obstat, quominus illa confurgat ex duplici operatione speciei diversa; quoniam vis enim una sit altera perfectior, utraque tamen est perfectissima in suo ordine, atque adeo perfectior altera seorsum sumpta; & hoc est, quod ait Doctor disp. 49. quest. 3. sub F. hinc Argumento respondendum ait, quod si assumptum visio est primo Ethice, intelligitur de beatitudine totali totius, totalitate extrinseca non cogit, quia multae operationes, quarum una est simpliciter nobilior altera, possunt concurrere in optimo se, scilicet extrinsece; Quod si illud assumptum intelligitur placet de una operatione unitate simpliciter, & indivisibilitatis, tunc explicandum est (inquit Doctor) de operatione completivè beatificae totius naturae nempe de illa una operatione, in qua principaliter beatitudo

con-

consistit, & tunc dicendum est, beatitudinem essentialiter vendicare sibi aliquam operationem omnium optimam, non tamè quod omnis operatio ipsi essentialis sit optima; & sic beatitudo inadaequatè sumpta erit quidem operatio optima, & perfectissima, non tamen adaequatè, quia non vendicat sibi, ut omnis Basilio, beatitudinem consistere in duplici conjunctione ultimatè, sed quantum ad beatificum, non quidem ultimata simpliciter, sed quantum ad potentias, quae conjunguntur, ita quod operationum, quantum ad intellectum, & fructio in genere prima ordinatur ad secundam, sicut ad principalem, & ita secundum hoc non dicitur simpliciter ultimata, sed potius secunda, scilicet fructio in genere operationum, & in illa principalis consistit beatitudo. Ad 4. dico per eam probari duraxat, beatitudinem in ea operatione perfectissima consistere principaliter, non verò adaequatè, vel dicendum beatitudinem formalem consistere non debere in operatione omnium perfectissima, quae sit una unitate simpliciter, sed aggregationis, quia consistere debet in operatione omnem appetitum naturæ intellectualis adaequatè satiate, quod praestare non potest una tantum operatio omnium perfectissima, sive hac dicatur esse visio, sive fructio, cum una potentia non beatificetur operatione alterius, ut monet Doctor d. 49. quest. 3. in corpore questionis. Ad 5. pariter dici potest probare tantum, quod in ea operatione fit immediata consistit beatitudo magis principaliter, non verò adaequatè; non enim de ratione beatitudinis, ut sic, est illa immediatio, sed tantum quod objectum beatificum immediate in seipso attingatur, quod utriusque operationi convenit, ut ait Doctor quest. 3. cit. B. quia immediatus terminus operationis utriusque potentia est ipsum objectum, ita quod neutra est media respectu alterius in ratione objecti, nec in ratione attingendi objectum, ut attingitur per istum actum, & ita beatitudo totalis extrinseca, hoc est, adaequatè sumpta, quia est beatitudo duatum potentiarum, quarum utraque est suo modo beatificabilis, consistit in pluribus operationibus; nec etiam est de ratione beatitudinis adaequatè sumpta, quod attingat objectum operatione praesentissima, sed solum inadaequatè, ut dicebamus ad secundum, nisi mirum ratione fructiōnis, in qua principaliter beatitudo consistit. Ad 6. negatur minor, ut satis constat ex dictis.

320 Ad 7. proponit hoc argumentum Doctor q. 3. cit. in corpore questionis, & non solvit, quia, ut ibi notat Tatar, regula est in Doctoris nostro, quod sub quacunque ratione aliquid est objectum voluntatis, sub ratione eadem esse quoque potest objectum voluntatis, & e contra, & ideo non oportet in Deo distinguere duplicem formalem rationem beanditatis, in intellectu sub ratione veri, & intelligibilis, voluntatem vero sub ratione boni, & appetibilis, sed utramque potentiam beat sub ratione formali Deitatis, juxta quam doctrinam concessio antecedente negari debet consequentia; Sed quomodo ens sub ratione entis sit objectum intellectus, & voluntatis, & quo sensu dicatur objectum intellectus sub ratione veri, & intelligibilis, & voluntatis sub ratione boni, & appetibilis, sufficienter declaratum est disp. 6. de anima q. 6. art. 1. ubi agitur de objecto intellectus, & disp. 7. quest. 5. ubi agitur de objecto voluntatis; nam satis compertum est, verum non esse ita objectum intellectus, quin etiam ab eo intelligatur bonum, & sub ratione boni, alias enim inter bonum, & verum distinguere non posset, nec voluntas ipsa posset ferri in bonum sub ratione boni, quia non ferretur, nisi in praecognitum ab intellectu, & secundum quod proponitur ab eo. Quare ibi diximus, ea ens dici solet, quod proponitur ab intellectu, quatenus nihil intelligere potest, quod non sit intelligibile, & ratione intelligibilitatis, non quod semper intelligat ipsam intelligibilitatem, & nihil aliud intelligat, quam illam, sed quia necessarium debet reperiri in omni illo, quod intelligitur, adeo quod si in eo reperiretur, non posset intelligi; unde dici solet, quod non est ratio formalis, quae, nec objectum formale, quo, hoc est illa ratio, quae sola, vel semper debeat considerari in objecto, quotiescunque aliam, quamcunque rationem in ipso considerat, aut ratio motiva, quae scilicet moveat semper intellectum ad intelligendum objectum, sed appellatur ratio formalis, sub qua, intellectus, modo iam explicato, quatenus necessario reperiri debet in omni illo, quod intelligitur, & si non esset in eo, non posset intelligi; quo sensu etiam dicimus, colorum sub ratione visibilis esse objectum visus, non quia videns coloratum videat quoque ipsam visibilitatem, sed quia si illud non esset visibile, sub objecto visus cadere non posset; & in hoc eodem sensu dici potest bonum, & appetibile esse objectum formale voluntatis, quatenus nihil potest amare, quod non sit appetibile, & ratione appetibilitatis; juxta quam doctrinam etiam in objecto beatificum duplex distingui potest ratio beandi, ut quae, altera sub qua, Deitas est formalis ratio, qua Deus

beat, tam intellectum, quam voluntatem; ratio verò, sub qua beat intellectum, erit ratio veri, & intelligibilis, & qua beat voluntatem, erit ratio boni, & appetibilis; atque ita sicut in beatitudine objectivæ est duplex aequilibritas, ita in formali suo genere, altera, ut affectio veri intelligibilis, altera verò, ut boni appetibilis. Ad ultimum ait Basilius, quod beatitudo, quantum ad totale, & perfectum esse suum est summum bonum, & finis, quo, intrinsecus creaturæ beatæ secundum duplicem potentiam, quatum actus unius est minus principalis, & alius magis principalis; & ita quantum ad id, quod est principale in ipsa, potest dici summum bonum, simplex, & unicum, & finis, quo simplex, & unicus, sicut, & finis, qui extrinsecus, licet quilibet actus possit dici summum bonum, & finis, quo sua potentia.

Argumenta pro sola visione beatitudinis.

321 Secundo arguunt Thomistae probantes beatitudinem in sola visione essentialiter consistere, nam Augustin. de Trinit. capult. de visione Dei loquens inquit, quod sola visio est summum bonum nostrum, & Pal. 90. ad finem, tota merces nostra est adeptio, & consecutio ratione, quia sola visio intuitiva Dei est essentia beatitudinis; igitur in ea sola consistit essentia beatitudinis, consequenti patet ex dictis, assumptum verò probatur multipliciter, nam Deus est bonum nostrum beatificum, ass. quibus per modum objecti, objectum autem ea potentia fit intentionaliter praesens, & possidetur, qua eidem modo fit intentionaliter praesens, sicut enim sola visio intuitiva, cum sit formalis expressio objecti, ponit objectum intra potentiam intelligentis intentionaliter praesens; Tum 2. quia solus intellectus ex proprio modo operandi trahit ad se res, quae intelligit, & quidem secundum propriam praesentiam, si cognitio fuerit intuitiva, voluntas vero non eas trahit, sed potius in illas ferretur. Tum 3. quia objectum beatificum non altera a seipso possit, & possidere, nisi per actionem immanentem, nec enim aliter haberi potest, nisi objective; objective autem tunc habetur, cum ex vi actionis sit nobis praesens; & nulla actio immanens ex sua natura potest facere objectum in seipso realiter praesens, tum potentia, tum supposito, nisi sola notitia intuitiva, quam appellamus visionem, quia haec ex sua natura est actualis expressio objecti, ut est in se, & secundum realem praesentiam. Tum 4. quia ex vi solius visionis est Deus perfectissime nobis applicatus, ita ut possimus illum amare, in illo gaudere, & eo frui; ergo ex vi visionis Deus à nobis possidetur, & sola visio est formaliter possessio. Tum 5. quia actus voluntatis non apprehendit objectum, nequillud approximari in ordine ad fructiorem, & usum; sed potius est usus, seu fructio procedens ab objecti apprehensione, & possessione facta per intellectum. Tum 6. quia nullus actus voluntatis est acquisitio, & possessio Dei, quia nullus Deum approximare, & praesentat in ordine ad alium actum, quo voluntas tendat in Deum, & Deo uti dicatur, ut iam sub dominio constituto. Tum 7. sola visio facit rem praesentem, amor vero non ita, sed illam iam praesentem supponit per visionem; ergo nequit esse consecutio boni. Tum 8. quia amor de se est indifferens, ut in objectum feratur praesens, vel absens; ergo, nequit esse consecutio illius, & fructio licet sit boni praesentis, non tamen facit summum objectum praesens, sed supponit per cognitionem, vel altera adeptum. Tum denique quia eo actu potentia possidet objectum quo objectum ipsum natum est attingi, & quasi teneri à potentia, sicut eo actu potentia sensitivæ possidet objectum sensibile, quo objectum ipsam sensibile natum est attingi, & quasi teneri à sensu; unde licet lux, vel odor appetatur ab appetitu sensitivo, ab eo tamen attingi, vel possideri non dicitur, sed à visus, & odoratus, quoniam ab his potentis, non ab illa secundum specificam eorum rationem, haec objecta nata sunt apprehendi, & vitaliter possideri; ergo quantum ad visum summum bonum à voluntate appetatur, non nisi tamen per visionem apprehendi, & possideri potest.

322 Resp. haec, & similia probare tantum, quod etiam in visione consistit essentialiter beatitudo, non tamen adaequatè, ita ut excludi debeat fructio; & cum Aug. p. de Trin. capult. solam visionem ait esse summum bonum nostrum, loquitur de illa ut condistinguitur à cognitione, quia in fine mundi Deum videbimus in specie humana iudicantem, ut constat ex ipso contextu, non autem ut scerentur ab amore, & fructione, quandoquidem beatitudinem etiam ibi appellat gaudium, & delectationem; & cum ait, quod visio est tota merces; ita intelligi debet, ut ly nota, regatur à visione, non à mercede, ita ut sensus sit, quod tota visio est merces, non autem, quod tota merces sit, quod tota visio est merces, non autem, quod tota merces

ces sit visio, alioquin sibi contradiceret, cum alibi fruitionem vocet mercedem, utp. de doct. Christ. cap. 6. & aliis locis supra citatis num. 307. ad rationem negatur assumptum, ad primam probationem negatur obiectum ad equate adipisci, & possideri sola operatione, qua fit intentionaliter praesens, nam etiam possidet ea, qua affective unitur potentia, imò per hanc operationem, scilicet per fruitionem completur possessio, & quasi manentur obiectum, modo explicato num. 309. & seq. Ad 2. ait Arriaga, nihil probare, quia unio hypostatica facit longè nobiliori modo rem praesentem, & trahit magis ad se Deum, quia physice illum trahit, & tamen non est beatitudo; Sed huius exempli disparitas iam assignata est num. 312. & rursus num. 313. & 314. ostensum est, voluntatem quoque suo modo trahere ad se obiectum, ac perfectiori modo, quam facit intellectus, quia per actum fruitionis ita se illi indissolubiliter copulat, ut illud faciat suum; illa verò disparitas adducta, quod voluntas non dicitur obiectum ad se trahere, sed potius in illud ferri, fundatur solum in quodam modo loquendi metaphorico, alioquin à parte rei sicut visio conjungit videntem cum obiecto trahendo illud ad se, sic amor ferendo amantem in illud, non enim minus conjungitur unum cum alio, quando in illud ita, quando illud ad se venire facit, ut notat cur. disp. cit. n. 11. & 13. Sed còrta urget Ovid. n. 93. per cognitionem formatur res in mente, sicuti est in se, quod non fit per amorem, hanc verò formationem, quae verè est, seclusa omni metaphora, tractionem vocamus, & ex vi huius tractionis obiectum constituitur in potestate videntis, ut illo possit frui, & uti per amorem, quod est obiectum possidere. Respondetur, quod licet verum sit, per tractionem sic explicatam ita constitui obiectum in potestate videntis, ut possit eo frui, quae est quaedam possessio, non tamen negari debet, quin etiam unio inter amantem, & amatum per actum amoris, quae etiam est realis in ferendo suo modo quodam intentionalis, sit quaedam possessio rei amatae, cum vi illius quoque constituitur amatum in potestate amantis, ita ut possit de eo disponere ad nutum suum, nec est major ratio, cur illa vocari debeat possessio, & non ista. Ad 3. verum est, obiectum beatificum aliter haberi non posse, nisi obiective per actionem aliquam immanentem: negatur tamen, per alium actum haberi, & possideri non posse, quam eo, quo constituitur obiective praesens potentia cognoscitiva, nam etiam dicitur possideri ea operatione, qua affective unitur potentia appetitiva; imò absolute loquendo affectivo rei potius eius praesentiam supponere videtur, nec enim quis manu rem aliquam assequitur, nisi illa prius supponatur praesens.

Ad 4. negatur consequentia quoad ultimam partem, nam sicut per actum visionis dicitur Deus à beato possideri, quia constituitur in eius potestate, ut pro sua voluntate eo fruatur amore amicitiae; ita pariter per actum fruitionis dicitur possideri, quia ex vi illius constituitur in eius potestate, ut se complacere possit in tali amore; & Deum ulterius amare amore concupiscentiae, ut bonum sibi, & de illo ad nutum suum disponere, ut amicus de amico disponere solet. Ad 5. patet per idem, quia per actum fruitionis constituitur Deus in potestate beati in ordine ad alios voluntatis actus, qui sequi solent ad fruitionem, & amicitiam amorem, ad quos non proxime disponitur per visionem, quia per eam solum non habet beatus consecutionem obiecti beatifici omnino completam, & in omni genere, in quo est assequibile. Ad 6. negatur assumptum cum probatione, ob rationem nunc dictam. Ad 7. negatur consequentia, quamvis enim amor supponat obiectum praesens per visionem, non tamen supponit consecutionem obiecti omnino completam, sed in eo duntaxat genere, sicut aptus est assequi per visionem, nempe in genere veri, & intelligibilis, & à potentia tantum cognoscitiva; non autem in ratione boni, & appetibilis, secundum quam aptum est consequi, & possideri etiam à voluntate. Ad 8. quod sit argumentum D. Thomae, dico, per illud ad summum probari beatitudinem in solo amore non consistere quia iam supponit eam qualemcumque consecutionem per intellectum factam, non tamen probat, est in sola visione consistere; quia illa prima possessio per visionem potest esse inadequata possessio, sicut est altera posterior per fruitionem; imò ex necessitate visionis ad amandum Deum efficax argumentum deduci nequit ad ostendendum, visionem esse inadequatam beatitudinem, nam dici potest, & de facto ita respondet Scotus, beatitudinem essentialiter ponentes in sola fruitione, idem eam ad amorem praerequiri, non quia proprie sit possessio Dei, sed quia nihil est volitum, non tamen probat, est in sola visione consistere, quae tamen proprie loquendo non est eius possessio. Ad ultim. negatur assumptum quoad secundam partem, qui enim appetit odoratum rosa, verb. grat. non tantum dicitur possidere illud obiectum, dum actualiter percipit suavitatem ipsius, sed etiam per amorem, & delectationem sequentem; sicut qui amat cantum, dum actualiter percipitur suavitatis ipsius, pos-

sideri ipsam per amorem, licet prius possederit ipsum percipione ipsius.

Deinde Poncius n. 14. ad hoc argumentum ex vi possessionis Dei deducit, quod si solum possideri possit Deus per visionem, ut contendit obiectum, negandum est, beatitudinem principialem, vel adequate consistere in possessione summi boni, vel Dei; & si Patres aut Doct. dicant, beatitudinem consistere in Dei possessione, intelligi debent de beatitudine inadequata. Ceterum nulla esse necessitas negandi hoc principium ab omnibus communiter coeceptum, quod essentia beatitudinis formalis consistit in formali possessione beatitudinis obiective, seu Dei; & stando definitioni traditae ab omnibus Theologis, & Iuristis ipsius possessionis, quod sit detentio, & apprehensio rei, sicut ab Adversariis hae definitio metaphorice applicatur intellectui, quem dicunt comparari quodammodo manui, quod uti manui res materiales, ita Deum intellectus apprehendimus, & adstringimus; sic pariter adaptari potest voluntati, cuius actus scilicet amor comparari potest vinculo, quo beatus indissolubiliter connequitur cum Deo, quae unio quidem ita bene dici potest detentio, & apprehensio obiecti, sicut dicitur unio facta per intellectum, nisi fiat contentio de nomine; certum enim est, potentias nostras intellectuales non ita posse vni obiectum, ut illa realiter evadant, nec ita sibi formaliter inherere acquirant, sed tantum, ut illa sibi realiter praesentia per vitalem operationem intentionaliter atringant modo, sibi proportionata, non animaliter, nec alio modo potentia nostrae conjungi possunt cum obiecto per se extrinseco, illudque; per talem conjunctionem tenere, & possidere, ut subtiliter explicat Scot. loc. cit. d. 49. q. 1. V. qui quidem modus tenendi, & possidendi obiectum intentionaliter quod bene applicari potest voluntati, sicut intellectui; quod si alius modus possidendi obiectum excogetur, qui soli còveniat intellectui, & non voluntati, omnino ficticius, & erit sola contentio de nomine; Dices cum Morisano dab. 4. cit. actum voluntatis in obiectum suum quidem ferri, sed ex sua ratione formali non conjungere, & unire potentiam cum obiecto, sic ut per actum illum dicitur, & obiectum illud esse praesens, aut aliquis dicitur illud adeptus, sed potius, cum voluntas sit cæca, negatur in obiectum, nisi ut praesentatum ab intellectu, supponi in omni suo actu praesentiam, & adeptionem aliquam ipsius obiecti media cognitione. Sed contra; quia voluntatem ferri per amorem in obiectum est cum eo conjungi, & uniri intentionaliter, & quod talis conjunctio, & unio per amorem dici potest tentio, & adeptio obiecti, satis constat ex sepe repetito dicto Sponis Cant. 3. loquentis de dilectione, tenui eum, nec dimittam, quod autem ex vi illius actus non fiat obiectum praesens potentie, sed iam praesens supponatur per visionem, non infert, quod ex vi ipsius non possidetur, & teneatur obiectum affective modo proportionato potentie appetitive, sed tantum quod non teneatur, & possideatur modo proportionato potentie cognoscitiva; quae obiectum possideri dicitur per incitiam praesentiam; Imò collocantes beatitudinem in solo voluntatis actu negant, assecutionem, & consecutionem obiecti fieri per eius praesentiam, sed dicunt, hanc supponi, & hae supposita tunc fieri possessionem rei, non enim quis manu rem assequitur, v. g. pomum, nisi hic prius supponatur praesens, quod etiam D. Th. docere videtur p. 2. q. 4. ar. 3. ad 1. dum ait, comprehensio nil aliud nominat, quam tentioem dicitur rei, quae iam praesentia dicitur haberi, non ergo rei comprehensio fit formaliter per praesentiam; sed hae supponitur illi; Et tandem, ut bene notavit Suarez, quando Adversarii probant, per visionem praesentem Deum possideri, quia per hanc fit formaliter praesens, manifestè principium petunt, quia rem esse praesentem per visionem, nihil aliud est, quam videri, & ratio non redditur, cur conjunctio intentionalis per visionem importet essentiam beatitudinis, & hae non reperitur in conjunctione per amorem, maneat ergo, quod Deus visus, & per visionem possessus, rursus possidetur per amorem, & quidem perfectius, quia sine amore non est quies, unde visio sine amore beatitudo non est saltem adequata, & perfecta essentialiter.

Tertio arguitur, quia beatitudo collocanda est in operatione omnium praestantissima, sed hae est sola visio clara Dei, quod pluribus probare nituntur, ergo &c. Tum 2. in ea operatione sola ponenda est felicitas, in cuius privatione consistit pena damnatorum; sed pena damnata à Theol. definitur per carentiam diving visionis praesentis. Tum 3. in ea operatione sola est collocanda, ex qua emanant omnes proprietates status beatifici, ac illa emanant ex sola visione Dei; ergo &c. Major patet, quoniam essentia rei est adequatum principium, & radix omnium proprietatum rei, minor probatur, quoniam ex visione sequitur amor, & ex amore delectatio. Tum 4. Beatitudo est proprium naturae intellectuales: ergo convenit illi secundum eum gradum, qui fuerit ei essentialis; hae autem non est appetitiva, sed intellectualis; ad quem consequitur ille, tanquam proprietates essentiam ergo &c. Tum 5. in illa potentia praesentis debet poni beatitudo, per quam anima formaliter elevatur, & disponitur ad illa; sed

solus

solus intellectus ita disponitur per lumen gloriae, nec voluntas in patria elevatur novo aliquo dono gratiae, siquidem secū trahit charitatem vig. Tum 6. in actu illo praesentis consistit beatitudo, quo praesentis distinguitur beatus à non beato, sed hic est actus visionis praesentis, quia amare, & diligere convenit etiam viatori. Tum 7. si amor Dei est beatitudo sequeretur, aliquem posse esse beatum in via, quia talem amorem habet Dei in via, qualem habet in patria, quantum ad speciem, habet enim eadem principia ad adequata effectiva, nimirum voluntatem, & charitatem supernaturalem. Tandem intellectus prius naturaliter unitur obiecto beatifico, quàm voluntas; vel igitur in illo priori naturae creaturae est beatus, & habetur intentum; vel non beatus, & hoc est impossibile, quia tunc intellectus creaturae unitur obiecto beatifico, & non esset beatus, quod est contra rationem beatitudinis.

Resp. negando minorem, cuius probationibus satis facti est disp. 7. de anima quaest. 3. ubi definitur contra Thom. voluntatem praesentem intellectum cum suis actibus, neq; ex maiori perfectione actus bene deducitur, quod in eo praesentis beatitudo consistat, sed tantum quod consistat magis principialem. Ad 2. negatur minor, poenam scilicet damni consistere praesentis in carentia visionis divinae, nam consistit etiam, & magis principialem in carentia beatifici amoris; patum enim absentia Dei obest, si bonitas, & diligibilis obiecti non desset, unde Aug. inquit, charitate discernere inter filios regni, & perditionis, à Theol. auctor explicari solet per carentiam visionis, quia illa carità est nobis notior, vel quia carentia status beatifici incipit ab ea; de quo argumetum plura vide apud Ovand. 4. d. 49. propof. 4. ad 2. & Angles de beatitudine, q. 1. ar. 1. diff. 3. Ad 3. negatur minor, quia notitia obiecti non concurrit efficienter ad actum voluntatis, sed solum ut conditio necessaria ad applicationem obiecti, ut dicitur est disp. 7. de anima q. 6. ar. 2. n. 136. ex Scoto d. 2. q. 9. un. 5. ad primam rationem, & quando etiam concederetur, amor effectivè ad visionem sequitur, tunc dicendum esset, non sequitur proprietatem, & accidens beatitudinis naturam supponens, sed ut comparat formaliter cum visione eam constituentem, eo modo, quo forma dicitur sequi ad materiam praeparatam, ut comparat essentiam physici compositi constitutum. Ad 4. negatur subtilita minor, quandoquidem intellectus illi natura non tantum ex gradu intellectus essentialiter constituitur, sed etiam ex appetitivo, cum ex sui natura non minus postulet principium appetendi, quàm intelligendi; cum enim minus postulet principium appetendi, nam etiam in homine gradus sensitivus est essentia. Ad 5. negatur minor, cum Bassol. quia non solum in intellectu ponitur lumen gloriae dispositivum ad actum visionis, sed etiam in voluntate habitus charitatis dispositivus ad actum fruitionis, & parum refert in proposito, an potentia elevetur in patria habitu nostro, vel noviter infuso, sive ab eo, se non requirit actum elicitum à novo habitu, sed qui sit formalis affectivo obiecti beatifici; sive à novo habitu elicitur, non solum distinguuntur beatus à non beato per actum visionis, & est summa merces secundum Aug. & quamvis amor elicitus ab eadem charitate reperitur in via amor tamè beatificus in via non reperitur, imò specie differunt amor viator, & patriae; quavis enim habeant eadem principia effectiva, tamè non habent idem obiectum, & sub eadem ratione propositum, quia amor patriae Dei habet clarè propositum per visionem, amor autem viator pro obiecto Deum, ut obicitur propositum mediatis modis speciebus ex creaturis acquisitis, ita Doct. d. 49. c. q. 5. F. Ad 7. negatur consequentia, quia iam dixi, amor viator, & patriae specie distinguuntur, & per beatitudinem non intelligitur quicquam; amor Dei supernaturalis, sed amor ipsius clare visus, qualem amor nullus viator habere potest. Ad ult. ait Bassol. quod in illo priori naturae creaturae est beatus pariter per actum intellectus, & non perfectè, nec totaliter, sed ad perfectam beatitudinem, & totalem concurrit uterque; actus ordine quodam.

Quarto ad huc aliter Arriaga, loc. cit. probare nititur, beatitudinem in sola visione consistere, quare scilicet 6. allatis rationibus reiectis, ut inefficacibus, aliter dicitur, & declarat, quomodo Deus per solam visionem possidetur, secundum omnes de coeceptu felicitatis est voluptas, sed delectatio ordinata, & omnium maxima, id enim omnes homines beatitudinis nomine concipiunt; sed visio est fruio totius bonitatis divinus, sicut tactus est fruio rei blandae, & gratae, auditus est fruio musicae, ergo in sola visione beatitudo consistit; maiorem supponit ex omnium conceptum, minorem verò ita probat n. 27. quia Deus, ut obiectum pulcherrimum, suavitissimum, dulcissimum, ac continens infinitè omnem bonitatem obiectivam, & in se continens omnium voluntatem, & recreationem, ac gaudium, nisi formaliter, media cognitione intuitiva ipsius, quatenus eminentiori modo quàm nostri sensus percipiunt, hae obiecta delectabilia, illa percipit quaequid pulchrum, honestum, delectabile, &c. in Deo

Maffri in sent. Tom. 1.

cum infinitis perfectionibus repetitur, hae autem perceptio est recreatio, est gaudium, est voluptas, est felicitas, est delectatio aeterna beatitudo, etiam antequam voluntas per complacentiam reflexam libenter habeat eam possessionem, recreationem, voluptatem; quia de causa omnes ex communi apprehensione beatitudinis semper nomine gaudii significat, nò quia ea consistat in actu voluptatis, sed ob rationem proximè dictam; Hoc etiam declarat exemplis n. 26. nam pulchritudo causa voluptatem, recreationem, item cibus gratus, suavis musica, odor fragrans, in tactu res blanda; voluntas non percipit ullo modo ex his obiectis voluntatem ulla inmediate, quia ea non percipit; sed visus rei pulchrae, olfactus odoriferi, tactus rei mollis, & sic de ceteris, sunt quae formaliter recreant, licet postea voluntas quasi reflexè complacet sibi in illa delectatione, quam alie potentie, & per illas anima experitur, unde concludit, quod voluptas proprie in sola potentia cognoscitiva consistit; hic est discursus, quem sparsim loc. cit. proponit, nulla observata fillogistica forma.

Respondet Poncius disp. 19. cit. n. 13. quòd si consideretur, tur, quid sit beato delectabilis visio, lógè delectabilis est fruitione, sicut enim alia obiecta delectabilia, quòd percipiuntur à potentia, quàm sunt obiecta, adferunt lógè maiorem voluptatem, quàm quando à manu, ita etiam Deus quando videtur majori perficit animi voluptate, quàm per hoc, quòd ametur praesentis, sed si còsideretur, quid homo elevatur ad amicitiam Dei debeat potius optare, an videre amicum, ut in dicitur percipiunt voluptatem, an ipsum propter ipsum amare, apparet ex terminis, quòd debeat potius preferre amore, & hinc facile ait, solum quocumque adducit Arriaga ad probandum, quòd felicitas potius consistat in visione, quia hae maior adfert voluptatem, & secundum omnes de coeceptu felicitatis est voluptas; nò hoc intelligèdum est de felicitate adequata hominis in volutè, tam rationem, quàm amorem, sed non est intelligèdum de felicitate quae vocantur intensiva, hoc est, de maxime optabili operatione, quae perfectione, quae acquirit, qui ad ipsam felicitatem. Hae responsio licet sufficere possit ad solutionem fundamènti Arriaga, quatenus negat beatitudinem adequatè sumptam consistere in operatione omnium delectabilium, assumit Arriaga, quandoquidem ad huc principia involvat operationem omnium optabili, quam dicitur esse amore amicitiae iuxta rationem Scoti ad dictam n. 315. adhuc tamen nonnulla obicitur minime ad mittenda; concedit enim, visionem immediate causare voluntatem, tantquam voluptas in potentia cognoscitiva consistat, quod tamen falsum est, quia delectatio, & tristitia non ad intellectum, sed ad voluntatem spectant, ut diximus d. de anima q. 10. sicut etiam in sensibus voluptas, & dolor non pertinent ad sensum tactus, cognoscitivum, & perceptivum obiecti, convenientis, vel disconvenientis, sed ad appetivum sequentè sensum cognoscitivum tactus, cum cuilibet cognoscitivè propria correspondet appetitum, quae prosequitur, vel refugit obiectum eo ipso, quod ei propositum est à cognoscitivum, & convenientis, vel disconvenientis, unde falsum est, ipsam perceptionem tantum per se ipsum ipsam musicè fruitionem, & immediate causare in sensu auditus voluptatem; nam fruio, & complacentia musica spectat ad appetitum sequentè sensum cognoscitivum, & perceptivum auditus, & ex tali actu prosecutionis potentia auditiva appetitiva causatur voluptas in ea per modum passionis, & sic pariter dicendum in aliis sensibus, ac tandem in proposito de intellectu, & voluntate in ordine ad delectationem, & tristitiam iuxta doctrinam loc. cit. traditam de actibus, & passionibus appetitus sensitivi; unde constat, falsa esse exempla ex sensibus adducta, ac proinde falsam quoque esse illam minorem, quòd visio sit fruio totius bonitatis divinae, quam illis exemplis probat, quandoquidem fruio secundum omnes voluntatem pertinet, non ad intellectum; Et planè quòd etiam allata exempla in sensibus còcederentur, quòd percipio tantum v. g. est ipsa musica fruio, quia multi negant in sensibus potentia appetitivam à cognoscitiva distinctam, nequaquam tamè in potentia intellectivè id assequi debet, in quibus communi calculo admittitur appetitiva distincta à cognoscitiva, quare illa minor est omnino neganda, & eadem de causa male concedit Pontius, visionem maiorem causare voluptatem in beato, quàm ipsam fruitionem; imò potius nullè omnino immediate causat, sed omnis delectatio in beato sequitur immediate ad actu fruitionis, ut passio potest appetitiva; ita quoque est illa major, quod de coeceptu felicitatis, sit voluptas, & delectatio quod trificaretur Arriaga, dum ait, beatitudinem nomine gaudii significari, non quia ea consistat in actu voluptatis, sed quia voluptatem causat, & ratio est, quia delectatio est de Deo, quatenus visus, & amato, ita ut ratio formalis obiectiva eius non sit sola bonitas Dei, sed etiam visionis, & dilectionis, ut Deum nobis conjungentis, tanquàm summum bonum nostrum, unde habet pro obiecto immediato aliquod bonum creatum, non autem in creatum, sicut habet beatitudo, quòd autem sensu complacentia, & delectatio dici possit de essentia beatitudinis, prout hae partialiter, &

dele-

